egrediar, ne iisdem forsitan rebus, quas
reprehendo maculam adduci videar. cum igitur
lingua tantum sit malum quantum audistis.
cum omnibus non solum prudentibus sed etiam
bona mente destitutis gravis sit molestaque
persaepe. cum adulationis propter quam tam
multi reges principesque se suosque extremis calami=
tatibus exposuerunt sit instrumentum perniciosis=
simum, cum optimos quosque bosque etiam saepe
ipsa, ut aiunt, niue candidiores animo, turpissimè
denigret bonosque spoliet, existimatione, cum nec ipsum
summum huius mundi architectum Deum Opt. Max:
intactum sinat, sed horrendas in eum saepe blasphemias
coniiciat cum diris insectationibus horrendis incessat
frequenter conuitiis, cum denique ut verbo dicam
omnium malorum quaedam communis sit lerna,
videtis Auditores quam recte illi dixerint, serpentinque
qui illam tanquam immanem bestiam indomitamque
quae feram non facile soluendam sed in continuis
constringendam esse indicarunt, quod qui